

*Observations of the Solar Eclipse July the 2. 1684.*  
*at Oxford, sent in a Letter from Dr. Edw. Bern-*  
*nard, Astron. Prof. Oxon. to Mr. John Flam-*  
*steed, Astron. Reg. At Lisbon by Mr. Jacobs; at*  
*Dublin, by Mr. Ash and Mr. Molyneaux; and*  
*at Tredagh by Mr. Osburn.*

*Johanni Flamstedio Edvardus Bernardus S.*

Q Uotidie crescit tibi è Cœlo gloria. Sive novas Æt-  
 nas in orbe solari deprehendas ante alios, & quasi  
 illæ e proximo eminent accurate admodum metiaris :  
 Sive magni istius luminaris, unde lux & vita rerum, præ-  
 dicas defectus, non temere & fortuito; sed quo maxime  
 vultu quove temporis momento contingere oportuit, &  
 eventus nos omnes docuit. Recte facis, mi frater, quod  
 duos temporum & seculorum nostrorum arbitros diligen-  
 tius contemplaris; & post observationis curam & indu-  
 striam, planissimis theoriis, quibus nihil ingeniosius, per-  
 gis demonstrare. Cæterorum equidem planetarum mo-  
 tus minus ad nos pertinent, aut in tanta amplitudine na-  
 turæ multas anomalias dissimulant ac obliterant, quas in  
 luna tam vicino sidere vel inviti observamus. Quid in nu-  
 pera Eclipsi notavimus, ex subsequente Canonico facile  
 intelliges, quid etiam præterivimus, tam cœlo claro  
 quam nubilo. Phases autem quadraginta illius defectus  
 captavit definivitque bona manus Wallisii. Tempus eti-  
 am justum æquumque ejusdem deliquii altitudinibus ali-  
 quot solaribus comprobarunt clarissimi viri D. Casvellus  
 & D. Rookius, ubi horologiis & oscillis nostris fuerat pec-  
 catum. Gaudeto itaque, Cœlestis anima, hac peculiari  
 debitaque tibi laude, Canones tuos præ mille veterum  
 recentiumque Astronomorum, binorum luminarium na-  
 turam & motum verum adsequi. De cæteris equidem  
 planetis haud desperabis, qui vagabundam & incertissi-  
 mam Lunam in numeros tuos felici invento coegisti. Va-  
 le, Charissime, & τὸ πατέρα τῶν φώτων, quod soles, venerare.

*Oxonii, postri-*  
*die Eclipsæos.*

*Eclipsis*

*Eclipsis Solis die secundo Julii St. Vet. A. D. 1684. Oxonii  
observata, presentibus multis viris egregiis.*

*Digiti obs- Tempora Of-  
curi, cum cillatoria a  
suis decimis Cælo correctæ.*

		h	'	"	
		2	03	00	Initium Eclipsis
0	6	2	07	44	
1	0	2	10	14	
1	3	2	13	19	
1	6	2	15	44	
2	2	2	21	34	
2	6	2	23	44	
2	9	2	25	39	
3	5	2	29	54	
4	0	2	33	04	
4	4	2	36	34	
4	6	2	40	04	
5	0	2	43	14	
5	3	2	48	19	
5	6	2	50	09	Medium quasi solem fecit <i>τὸ λαμπρόν.</i>
6	5	2	57	30	
6	7	2	59	14	
7	4	3	08	24	Obscuritas maxima.
7	1	3	11	09	
6	8	3	29	19	
6	7	3	31	39	
6	0	3	37	24	<i>αὐτὴ ἐπὶ μέγιστον τὸ σκότος.</i>
5	7	3	39	29	
5	5	3	44	29	
5	0	3	47	59	
4	4	3	50	34	
3	9	3	53	54	
2	9	4	02	49	
2	5	4	04	39	
2	2	4	06	19	
2	0	4	07	54	
1	4	4	13	09	
1	0	4	15	04	
0	7	4	16	49	
0	3	4	19	39	
Finis		4	21	14	Finis Eclipsis.

Mr. Jacobs at Lisbon noted July 2. Stylo Vet.

The beginning of the *Eclipse* at 1. h. 30' exactly.

The ending at 4. h. 12'.

*Extract of the Minutes of the Dublin Society from  
July 9th, to the 12. 1684.*

Mr. Ash and Mr Molyneaux, though the day being much overcast, hindred them from taking any thing accurately, yet gave some account of their *Observations* viz. that toward the middle of the *Eclipse* having a short view of the *Sun*; they judg'd that about 8. *Digits* were cover'd: at the ending also having a faint view thereof; they assign'd its *end*, at 3. h. 56. p. m.

*Extract of a Letter of Mr. William Molyneaux S. P. S.  
of Dublin dat. Sept. 2. 1684.*

The same *Eclipse* was observed by one Mr. Osburn nigh *Tredagh* in this *Country* Lat. 53. 40'. *Initium* 1. h. 37'. 30". *Finis* 3. h. 56'. 20".

Casp. Bartholini Thom. F. de *Ductu Salivali hætenus non descripto, Observatio Anatomica.*

**E**O jam perventum est in Anatomæ studio, ut nec in Majorum placitis tuto acquiescere nec illa sola admittere possimus, quæ novo se commendant titulo, sed quærendum est potius prudens temperamentum, ut & hæc & illa commode jungamus, & ubique cavendum imprimis, ne à natura ipsa recedamus. Quin & non hic subsistendum, ubi substiterunt ante nos alii, sed progrediendum ulterius, ut, quæ adhuc dubia sunt, illustrentur, quæ latent, detegantur. Habent enim plurima Veteres, quæ exponenda sunt, sed cum delectu invenierunt alia Recentiores, quæ his addenda sunt, sed cum judicio & circumspicte; restant adhuc plura, quæ nobis ulteriori studio investiganda veniunt.

Et, ut alia taceam, certe fontes salivæ & vasa illam ad cavitatem oris deducentia, non plane ignota fuisse videntur veteribus, licet saltem quasi per nebulam observata. Non tamen ideo sua laus detrahenda est Recentioribus, qui ulterius progressi, manifestius has glandulas descripserunt, & vasa salivæ